

PRAEFATIO ED. II.

deduci poterunt eadem opinio, quae Spinoza deriuauit ex sua, quando in *ethices* def. III. *Opp. posthumorum* rariorū p. I. *substantiam* dicit id, *cuius conceptus non indiget conceptu alterius rei, a quo formari debet.* Si placeret maiori ex parte retinere definitio-
nem Cartesii, esset substantia res, quae nulla
alia re, tanquam subiecto, indiget ad ex-
sistendum. Tunc creatae etiam huc possent
trahi substantiae, totaque rueret Spinozae
fabrica. Ne tamen terminus subiecti remo-
ram iniiceret, eum vitaui, rem ita expressi-
ens, quod potest existere, licet non sit de-
terminatio alterius. Sic concedo, nullam
creataū substantiam existere posse ita, vt
non sit determinatum s. rationatum alterius.
Determinatum autem a determinatione s.
praedicato conceptibus satis differt, non
curante syllabaruī aliquān et apicū conue-
nientiam philosopho. Omnis substantia cre-
ata potest existere ita, vt non sit determinatio
s. praedicatum alterius, nec ipsius quidem
dei. Deus ita existit, vt sit nullius praedi-
catuī. Ergo et potest ita existere. Habes
definitionem neque soli deo conuenientem,
ceu cartesiana, neque solis substantiis creatis,
vt illa, qua substantia vocatur ens perdurable
et modificabile.

Sed redeamus ad V. C. recensionem. Prin-
cipium indiscernibilium stricte sumitum dum

me